Brinkmann Quaestionum de dialogis Platonis

QVAESTIONVM DE DIALOGIS PLATONI FALSO ADDICTIS SPECIMEN

SCRIPSIT AD RITE OBTINENDOS SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES TRADIDIT AMPLISSIMO IN VNIVERSITATE FRIDERICIA GVILELMIA RHENANA PHILOSOPHORVM ORDINI DEFENDET VNA CVM SENTENTIIS CONTROVERSIS PVBLICE DIE XV MENSIS AVGVSTI ANNI MDCCCLXXXVIII HORA XII

AVGVSTVS BRINKMANN
BRVNSVICENSIS

ADVERSARII ERVNT

OTTO CVNTZ
ERICVS LIPPELT
ERICVS PERNICE

BONNAE

TYPIS CAROLI GEORGI VNIV. TYPOGR.

MDCCCLXXXXI

FRANCISCO BVECHELER
EDVARDO LVEBBERT
HERMANNO VSENER

MDCCCLXXXVIII

Sicut olim Platonis singulari ac paene divina factum est auctoritate, ut ceterorum Socratis discipulorum memoria, si unum excipias Xenophontem, sensim evanesceret eorumque opera neglegerentur et deperderentur [1], ita nostris temporibus quo maiore studio Platonis scripta explicabant viri docti, eo minus curabant illos. Postquam tandem inde a Schleiermachero magis magisque cognitum est, Platonis libri ut recte aestimentur et intellegantur, non parvi esse momenti quid aequales eius et aemuli maximeque ceteri Socratici senserint, etiam eorum reliquiae librorum colligi et decreta explicari coepta sunt. Eo autem ex fonte, quem antea paene solum adire solebant, hodie plerique nolunt haurire: dialogos dico Socraticos, quos Platonis nomini falso addictos esse iam veteres critici perspexerunt. Quorum si quis titulos cum Laertii Diogenis Suidaeque Socraticorum indicibus librorum comparaverit, plurimos in his inveniri similes facile animadvertet [2]. Neque id viros doctos fugerat. Quam ob rem ex

---

[1] Byzantinis ignota fuere, quamquam Mich. Psellus dicit (adl. a Grotio Plat. III 469 ex Coxii catal. codd. bibl. Bodl. p. 743) παρὰ μὲν Πλάτωνος τὴν διαλογικὴν φράσιν, παρὰ δὲ τοῦ Σωκρατικοῦ Αἰσχίνου τὴν ἐμμελῆ συνθήκην τῶν λέξεων κτέ. et Theodorus Metochita miscell. philos. et hist. p. 66 ed. Kiessling ἀλλὰ καὶ Ξενοφῶντες ἐν ὑπομνήμασιν ἀλλὰ καὶ Αἰσχίναι διαλεγόμενοι πολλὴν ἐν τοῖς λόγοις καὶ ταῖς ὁμιλίαις ὑπεμφαίνουσι τῷ Σωκράτει τὴν εἰρωνείαν.

[2] περὶ δικαίου fertur scripsisse Simo (Laert. D. II 122); περὶ ἀρετῆς Simo (περὶ ἀρετῆς, ὅτι οὐ διδακτόν), Aristippus (Laert. D. II 85), Aeschines (Suidas i. v.), cf. etiam Critonis ὅτι οὐκ ἐκ τοῦ μαθεῖν οἱ ἀγαθοί (Laert. D. II 121); περὶ τοῦ βουλεύεσθαι (= Sisyphus) Simo, cf. Aristippi πρὸς τὸν συμβουλεύειν ἐπιχειροῦντα; Eryxiam et Axiochum Aeschines. Praeterea περὶ νόμου (= Minos) est inter Simonis et Antisthenis (Laert. D. VI 16) et Critonis libros, περὶ φιλοκερδοῦς (= Hipparchus) inter Simonis.

Clerici[1] Horreique[2] coniectura Axiochus et Eryxias et de virtute dialogus per longum tempus pro genuinis Aeschinis Socratici opusculis habiti editi lectitati sunt. Dein cum hanc opinionem abiciendam esse inter plurimos convenisset, Boeckh in 'commentatione in Platonis qui vulgo fertur Minoem eiusdemque libros priores de legibus' Laertii testimonio et ipse fretus, de virtute et de iusto dialogos cum Minoe et Hipparcho Simonis sutoris esse Socratis ut traditur amici et discipuli demonstrare conatus est. Hodie cum vix quisquam causae Boeckhianae susceperit patrocinium, contra disputare non opus est. Atque iure Panaetium[3] Socraticorum omnes praeter Platonis Xenophontis Antisthenis Aeschinis Phaedonis Euclidis dialogos spurios iudicasse sive negas sive ais, neutiquam, si dialogi alicuius titulus Pseudoplatonici in indicibus illis occurrit, eam ob causam diligentissima ipsius supersedemus perscrutatione. Accedit quod illi minime ab omni labe immunes sunt. Cuius rei unum proferam exemplum.

Apud Suidam legitur i. v. Αἰσχίνης: διάλογοι δ' αὐτοῦ Μιλτιάδης, Καλλίας, Ῥίνων, Ἀσπασία, Ἀξίοχος, Τηλαύγης, Ἀλκιβιάδης, καὶ οἱ καλούμενοι ἀκέφαλοι, Φαίδων, Πολύαινος, Δράκων, Ἐρυξίας, περὶ ἀρετῆς, Ἐρασίστρατος, σκυτικοί. Iam C. F. Hermann[4] cognovit, cum inter Platonis dialogos spurios esset Ἐρυξίας ἢ Ἐρασίστρατος (Laert. D. III 62), veri simillimum esse hoc quoque loco Ἐρυξίας et Ἐρασίστρατος non ad duos sed ad unum pertinere librum, eumque qui hodie extat. Verum etiam gravior inest error. Nam quicumque in comparationem vocaverit Phaedonis dialogorum indicem Laertianum (II 105) διαλόγους δὲ συνέγραψε γνησίους μὲν Ζώπυρον, Σίμωνα καὶ δισταζόμενον Νικίαν, Μήδειον[5], ὅν φασί τινες

[1] Amstelod. 1711.

[2] Leuv. 1718.

[3] Laert. D. II 64. cf. Krische theologum. p. 408 sq., Nietzsche mus. Rhen. XXIV p. 187 sq., XXV p. 219 sq., Zeller in Comm. Mommsen. p. 407 sqq., Hirzel *Unters. zu Cic. philos. Schriften* I p. 232 sqq., II p. 357 sqq., Fowler Panaetii et Hecat. fragm. p. 45 sqq.

[4] *Gesch. u. Syst. d. plat. Philos.* p. 582 adn. 163.

[5] Μήδειον non Μήδιον legendum esse tituli docent.

Αἰσχίνου οἱ δὲ Πολυαίνου, Ἀντίμαχον ἢ Πρεσβύτας, καὶ οὗτος διστάζεται, σκυτικοὺς λόγους, καὶ τούτους τινὲς Αἰσχίνου φασί, non dubitabit quin in Suidae verbis Φαίδων Πολύαινος non dialogorum tituli sed nomina lateant scriptorum, quibus dialogus vel dialogi antea commemorati ab aliis tributi sunt. Sed facile est cognoscere mendum, quando autem id ipsum obscurum est ad quosnam dialogos olim pertinuerint verba Φαίδων Πολύαινος [i. e. οἱ δὲ Φαίδωνος ἢ Πολυαίνου], sanandi ratio difficillior [1]. Qua de quicquid statuetur, eos quidem, qui praeter septem genuinos dialogos Aeschini etiam septem spurios a Suida tribui existimaverunt [2], minime audiendos esse necessario sequitur. Sed labor longius: ad propositum revertar. Dimissis igitur Laertii Suidaeque indicibus adgrediamur ad perscrutandos ipsos libellos.

Ordiamur si placet ab Alcyone dialogo [3], quem longe abesse a Socratica simplicitate vel inde appareat, quod sedulo hiatum vitavit scriptor. Neque enim articulos qualescumque neque καὶ particulam efficere quem vitari oportuerit hiatum notissi-

---

[1] Error sic videtur ortus esse, id quod Vsener me monet, ut ex margine additamenta [ex Vseneri coniectura Ἐρυξίας ἢ Ἐρασίστατος et σκυτικοί, οἱ δὲ Φαίδωνος ἢ Πολυαίνου] male discerpta textui inferrentur.

[2] Welcker mus. Rhen. II p. 402, C. F. Hermann l. c. p. 585 n. 182. Nitzsche mus. rhen. XXV p. 228 sqq.

[3] Traditur in libris mss. et Platonicis et Lucianeis. De illis cf. Hermanni praef. p. III et X. Luciani in codicibus secundae classis est velut in Vaticano 90 [cf. Fritzsche Advers. VI Rostoch. 1881/2 et Rothstein Quaest. Luc. p. 3 sqq.] et in Florentino [cf. Vitelli mus. Ital. I p. 15 sqq.], cf. etiam Sommerbrodti ed. p. 203. Neque tamen cur inter Lucianea receptus sit Alcyon [cf. Fritzsche Luc. III 2 p. LXII] neque quando, possum evincere. Nihili enim sunt quae dicit Ranke de Polluce et Luc. p. 16 'Iam diu Halcyonem Lucianeis additum fuisse ut e scholiis in hunc dialogum scriptis ita ex συναγωγῇ λέξεων χρησίμων ἐκ τοῦ Λουκιανοῦ intellegimus a Bachmanno nuper edito Anecd. II p. 317 sqq.' [ibi p. 347, 5 legitur νεογιλλὸς ἀντὶ τοῦ νεογνός sumptum ex scholio tertio Alcyoni adscripto], v. Rothstein l. c. p. 14. Constat igitur nihil amplius quam saeculo decimo hunc dialogum iam in Luciani librorum numero fuisse.

mum est. Quod ἢ et ante et post vocales ponere non dubitavit scriptor, ea in re consentit cum multis aliis hiatum refugientibus [1]. Exempla haec sunt: c. 2 ἐγένοντ' ἢ ὄρνιθες, c. 3 δυνατὸν ἢ ἀδύνατον, c. 5 δύναιτ' ἂν ἢ ὀνομάσαι, c. 7 ἀναγνῶναι ἢ γράψαι et ὀρνίθων ἢ ὄρνιθας. Post περὶ legitimus est hiatus ut apud omnes scriptores ita apud hunc: c. 1 περὶ ἧς, c. 6 περὶ ἡμᾶς, c. 8 περὶ ἡμᾶς et οὔτ' ἀλκυόνων πέρι οὔτ' ἀηδόνων. De ὦ ὄρνι v. Benseler de hiatu p. 19 et 61 et Hultsch Philol. XIV p. 292 et H. L. Ahrens de crasi et aphaeresi p. 3. Pausa satis excusatur: c. 3 μεγέθη· ὑπέλαβεν ἄν τις. Atque breves vocales ε et ο et α alii vocali antecedentes semper elidendas esse eo confirmatur, quod permultis locis codices ipsi elisionem testantur. Legendum igitur erit: c. 3 ἀνεμῶν τ' ἐξαίσια, c. 7 ἔκ τ' ᾠῶν, c. 8 τά τ' ἄλλα, c. 4 αὕτη γ' ἕως, c. 1 ποτ' οὖσαν, c. 2 ποτ' ἐγένοντο [cf. c. 1 ποτ' ἆρ' ἐστὶ], c. 3 τί δ' ἂν ὦ' γαθ' οἱ ἀγνοοῦντες [2]; c. 2 ἐγένοντ' ἤ; c. 5 τὰ πεμπταῖ' ἐκ [cf. Benseler p. 49 et Hultsch p. 307], c. 3 πόλλ' οὖν [cf. c. 7 πόλλ' ἅττ' ἀδύνατα], ibid. πάντ' αἰῶνα, c. 6 σύμπαντ' οὐρανόν. Neque vero elisionem diphthongi αι in tertia persona praes. med. quicquam habere offensionis [c. 3 φαίνεται ἡμῖν] cum poetarum tragicorum [3] comicorumque usu, tum Polybii [4] Plutarchi [5] aliorum [6] exemplo, tum codicum [7] nonnullorum chartarumque Herculanensium atque Aegyptiarum [8] scriptura satis superque pro-

---

[1] cf. e. g. H. de Rohden comm. in hon. Buecheleri et Vseneri p. 72 et 85.

[2] De interpunctione apud talem vocativum tollenda v. G. H. Schaefer ad Eurip. Orest. v. 124 ed. Porson. et I. Bekker *Homer. Blätter* I p. 269 et Schanz *Festgruss d. Würzb. philol. Gesellsch.* p. 105 sq.

[3] v. rectissime de his disputantem E. Bruhn Lucubb. Eurip. p. 293 sqq.

[4] v. Hultsch l. c. p. 311.

[5] v. B. Mueller *Plutarch üb d. Seelenschöpf. im Tim.* progr. Vratisl. 1873 p. 18.

[6] velut Diodori, Galeni, Iuliani.

[7] cf. Krueger gr. Spr. § 13, 3, 3, Dindorf praef. Polyb. vol. IV p. IV, Hultsch l. c. p. 310, Sintenis Herm. I p. 73 sq., Blass *Aussprache d. G.* [3] p. 54.

[8] Ex Voll. Herc. non opus est exempla, quae plurima ubique adsunt, proferre. — In charta Aegyptia, quam edidit Wessely studd. Vindob. VIII p. 206 sq. (est epistula Ptolemaei Glauciae filii) non solum legitur

batur. Quin etiam in titulo quodam Attico [CIA II 379 = Dittenb. Syll. 180 v. 18] scriptum est τὰ δίκαι' ὅπως γένητ' ἐφρόντισ[εν][1].

Restat igitur unus locus: c. 6 legitur in codd. et in Hermanni editione: ὁπηνίκ' οὖν ἄνθρωπος, ὡς ἔοικεν, ἀνθρώπου τοσοῦτον διαφέρει, τί νομίσομεν τὸν σύμπαντα οὐρανὸν πρὸς τὰς ἡμετέρας δυνάμεις φανῆναι αὖ τοῖς τὰ τοιαῦτα θεωρεῖν ἐφικνουμένοις; In quibus cum neque futuri forma νομίσομεν[2] neque aoristus ille famosus [νομίσομεν φανῆναι non adiecta particula ἄν][3] ferri possit, rectius sine dubio Dindorf Cobetum [V. L. p. 107] secutus scripsit τί νομίσωμεν[4] et ut volgo legebatur φανῆναι ἄν. At quaeritur de hiatu. Nam quod apud Plutarchum, Galenum, Iulianum[5] diphthongus αι non solum in

---

v. 16 χρῶνθ' ὡς et v. 25 χρῆσθ' ᾧ, sed etiam, id quod memoria dignissimum est, v. 24 περιῳκοδομηκέν' αὐτούς, cf. Blass l. c. p. 64.

[1] v. Meisterhans *Gramm. d. att. Inschr.* § 23, 2 et Wilamowitz lectt. epigr. p. 16.

[2] Has verborum denominativorum futuri formas [in -ίσω], quae defensorem olim nactae sunt Lobeckium parerg. p. 746, apud scriptores, qui ante Augusti aevum fuere, ut multis aliis certe locis, ita his falso legi puto: 1. Biton. poliorc. p. 56 ed. Wescher. Δεῖ οὖν ... καταμερίσαι τὸ πλῆθος αὐτῶν, ὅπως οἳ μὲν ἕλκοιεν ..., οἳ δὲ συνήθως ἀπομερίσουσι τὰ ἐγκλίματα κτέ. Sed ὅπως cum futuri indicativo iunctum, quod illius aetatis neque apud scriptores [de Polybio v. Kaelker in stud. Lips. III p. 291], neque in titulis [de t. Atticis v. Herwerden Lapid. d. dial. att. testim. p. 74 sqq. cf. Viereck serm. gr. p. 67] neque in chartis Aegyptiis [qui ὅπως finale non nisi cum coniunctivo iunctum exhibent] invenitur, huius loci ratio plane respuit. Flagitatur [optativus aut] coniunctivus. 2. In Aristeae ad Philocr. epistula ed. M. Schmidtii p. 36 praebet καὶ ἡμῶν ἐπαγγελλομένων ἀφροντίσειν περὶ τούτων, ἔφη καὶ λίαν διαγωνιᾶν. Lege ἀφροντιστεῖν et ἔφη καὶ μὴ [in optimo cod. B add. a p. m.] λίαν δ. 3. In Conon. narr. 38 p. 141, 30 W. καὶ ὁ Μιλήσιος ἧκεν εἰς Ταυρομένιον ἀνακομισόμενος aut ἀνακομιζόμενος legendum cl. Lobeck ad Soph. Ai. p. 194[8] aut haec forma non scriptori, sed Photio excerpenti tribuenda. 4. De Parthenio v. Hercher ad p. 24, 24. 5. De Diodoro v. L. Dindorf praef. vol. I p. XIV.

[3] Praeter ceteros v. Madvig Advers. I p. 160 sqq.

[4] Potuit sane scriptor dicere τί νομίζομεν, non potuit τί νομιοῦμεν, ut voluit Schwidop Obs. Luc. I p. 17.

[5] De Plutarcho v. B. Mueller l. c. p. 18 sqq., de Galeno Marquardt

verborum formis med. [μαι, ται, σθαι], sed in infinitivis quoque activi [σαι, ναι] atque etiam ut videtur in plurali nominum fem. [e. g. τελῶναι ἐξ Plut. Alc. 5] non efficit in quo iure offendaris hiatum, idem cadere in hunc scriptorem nemo facile contendet. Sed cum apud Polybium unum certe huius modi hiatus exemplum extet [καταπλεῦσαι οὐ ῥᾴδιον IV, 44, 2 [1]], plura apud Diodorum [2], de scriptura φανῆναι ἄν non dubitaverim [3].

Quodsi recte exposui ad amussim vitatum esse hiatum, non potest fieri, quin oratio ipsa inde quendam duxerit colorem. Et vero factum est ita. Hinc enim sine dubio artificiosior illa saepe verborum collocatio, qualis est et aliis locis et c. 4 ἐπεὶ τὸν ὅλον οὐρανὸν πόσῳ τινὶ σαυτοῦ δοκεῖς εἶναι μείζω, ibidemque ἐκ τοῦ αὐτοῦ πολλάκις ὄγκου et c. 2 φαίνεται γὰρ ἀλκυονὶς ἡ τήμερον ὑπάρχειν ἡμέρα, καὶ χθὲς δὲ τοιαύτη τις ἦν: muta verborum ordinem et foedus existet vocalium concursus. Hinc etiam repetendus pluralis nominis infiniti numerus bis satis insolenter pro singulari positus [4]: c. 2 ἡμέρας . . διαφερούσας ταῖς εὐδίαις ὧν ἐστι et c. 5 ἐν ταῖς δυνάμεσι καὶ ἐν ταῖς ἀδυναμίαις ὑπαρχούσας [5].

Ut vel ex hoc quod in verborum compositione cernitur studio colligas licet post florentem Socratis disciplinam scriptum esse hunc dialogum, quo tempore omnes fere, qui bene dicendi gloriam adfectabant, lex Isocratea tenebat, ita eum etiam post Alexandri aevum esse confectum ex d i c e n d i g e n e r e

---

praef. ad Galeni scr. minora I p. LIII sq., de Iuliano Sintenis Herm. I p. 73 sq. Neumanni Iul. l. c. Christian. p. 153 sqq. rationem non intellego.

[1] v. Hultsch l. c. p. 311. Omitto alia de quibus dubitari possit.

[2] v. Dindorf praef. vol. IV p. XV et Kaelker in Studd. Lips. III p. 317. Paullo aliter res se habet apud Demosthenem, de quo v. Blass de oratt. Atticis III p. 98.

[3] Vides me Sommerbrodti rationem φανῆναι αὐτοῖς τοῖς scribentis non probare.

[4] De hoc artificio ad effugiendum hiatum ab Isocrate Polybio Philodemo aliis adhibito v. Stich in actis sem. Erlang. II p. 151 et Schmid de atticismo II p. 62 et 251.

[5] εὐδίαι aliis sunt εὔδιοι καταστάσεις ut ita dicam, ἀδυναμίαι i. q. ἀρρωστίαι.

efficitur. Etenim non pauca inveniuntur vocabula et vocabulorum significationes atque constructiones, quae ab Attici sermonis consuetudine longe recedunt. Cuius generis huius modi sunt exempla potiora:

ἕως cum genetivo iunctum [c. 4 ἕως τοῦ νῦν], quod non legitur apud Atticos scriptores, raro apud Aristotelem et Theophrastum, saepe dein apud Polybium [1] Agatharchidem Hipparchum alios.

τυχὸν ἴσως [c. 4] quod est in [Demosth.] prooem. 28, apud Polybium Strabonem Ps. Diogenem [ep. 37] Dionem Chrys. Lucianum Sextum Emp. [ut p. 615, 20 B.] Himerium [ecl. IV 23] [2].

ἦχος [c. 2] (cf. Moeris p. 175 Piers. ἠχὴ ἀττικῶς, ἦχος ἑλληνικῶς et Thomas Mag. p. 170, 18 R.), quod usurpatur ab Hippocrate, apud quem significat aurium sonitum, Aristotele Theophrasto in fragmentis Stoicorum et Epicureorum ab Herone mechanico Agatharchide poetis Alexandrinis Philodemo Philone Iudaeo aliis.

ἐφικνεῖσθαι [c. 6 θεωρεῖν ἐφ.] fere i. q. δύνασθαι eodemque modo ἐφικτόν [c. 3 et 5] et ἀνέφικτον [c. 3], quae nisi apud scriptores Aristotele et Theophrasto posteriores [3] non leguntur.

προάγειν [c. 8 πρ. ἐκ τοῦ Φαληρικοῦ] plane i. q. proficisci, cf. Polyb. XIV 10, 1 ἐκ τοῦ βουλευτηρίου προῆγον ἐπὶ θάλατταν.

διά τινα δαιμονίαν βούλησιν [c. 1 εἶτα δὴ πτερωθεῖσαν δ. τ. δ. β. εἰς ὄρνιθος τρόπον π.]. Polybius dicit XXXVII 9 ὧν μὲν νὴ Δί' ἀδύνατον ἢ δυσχερὲς τὰς αἰτίας καταλαβεῖν ἄν-

---

1 cf. quae adfert Krebs de adverbiis praep. sim. apud Polyb. Regin. Castris 1882 p. 5 sq.

2 cf. Wilamowitz de Eurip. Hercule I p. 41, 82 Schmid de Atticismo II p. 159. Scholiasta Arist. Plut. v. 25 πάνυ σφόδρα. Ὅτι σύνηθες Ἀττικοῖς παράλληλα τιθέναι τὰ ἰσοδυναμοῦντα ... οὕτως ἔχει καὶ τὸ 'τυχὸν ἴσως', cum Atticam spectaret consuetudinem, certe debuit τάχ' ἴσως dicere, de quo v. Schanz nov. comm. Plat. p. 14 et Dittenberger Hermae XVI p. 340 et C. Ritter quaestt. Plat. p. 3. 83.

3 De signis aq. libellum, in cuius c. 1 legitur ἐγράψαμεν καθ' ὅσον ἦν ἐφικτόν, constat non esse a Theophrasto conscriptum.

θρωπον ὄντα, περὶ τούτων ἴσως ἄν τις ἀπορῶν ἐπὶ τὸν θεὸν τὴν ἀναφορὰν ποιοῖτο καὶ τὴν τύχην. Itaque pro rei gravitate et pro suo quisque ingenio talia narrantes usurpabant aut θεῶν βουλῇ, κατὰ θεόν (δαίμονα), οὐκ ἄνευ θεοῦ aut κατὰ τύχην et similia. Quem usum multi illustrarunt viri docti ut Valckenaer ad Herod. III 153, Lobeck ad Soph. Ai. 998, Winckelmann ad Plat. Euth. 272 e, Muncker ad Anton. Lib. p. 104 Koch, Boissonade ad Aristaen. p. 355 et ad Aen. Gaz. p. 166, Cobet V. L. p. 358, Krueger theol. Pausaniae p. 30, 11 et 31, 2. Eorum autem qui post IIII saeculum fuere scriptorum non pauci eandem in rem uti solent etiam verbis κατά (διά) (τινα) θείαν (δαιμονίαν) βούλησιν [1], velut Parthen. p. 7, 4 et 20, 21 Hercher (καὶ ὁ μὲν δὴ κατὰ θεῶν βούλησιν ἀφανὴς γίνεται), Phlego mirab. p. 58, 5 K. (πεφηνέναι γὰρ ζῶσαν εἶναί τε μετὰ τοῦ ξένου διά τινα θείαν βούλησιν) 59, 2. 60, 27, Possis Magnes apud Athen. VII 296 d, Nicander ibid. p. 297 a, (Eratosth. q. f. catast. 28, Dionys. Hal. antiq. I 33) Dio Chrys. XII p. 372 R., Aelian. fr. 41 Hercher, Apollodor. bibl. I 8, 5, 1. Satis frequens hic usus est apud Porphyrium Iamblichum, Clementem Alex. Origenem [2].

Accedit aliud. Senescentis nimirum est linguae, languidas ut recreet vires, limpidos adire poetici sermonis fontes [3]. Itaque ne id quidem neglegendum est, quod extra fines quos

---

[1] Eandem vim habet κατὰ θεῶν (θεοῦ) πρόνοιαν, quod haud raro invenitur, ut apud Plutarchum (cf. etiam Hercher ad Ps. Plut. de fluviis p. 87) Pausaniam Apollodorum Herodianum Porphyrium Iamblichum Celsum Originem. Praeterea cf. Dittenb. syll. 247, 29 et schol. Arist. Eq. 147.

[2] Ut hic usus increbresceret Stoicorum potissimum philosophorum videtur auctoritate factum esse. Nam οὐδὲ τοὐλάχιστον ἔστι τῶν μερῶν ἔχειν ἄλλως ἢ κατὰ τὴν τοῦ Διὸς βούλησιν [i. e. πρόνοιαν] dixit Chrysippus teste Plutarcho de comm. not. p. 1076 e. V. etiam Polystrat. de vana contempt. Hermae XI p. 407. — Paullo diversum est quod Antiochus Commagenorum rex de suis laudibus praedicat IV a 23 ἱεροδούλους .. ἐγὼ θεοῖς τε καὶ τιμαῖς ἐμαῖς κατὰ δαιμόνιον [sic] βούλησιν ἀνέθηκα. Sacerdotes Iovis Panamari et ἐξ ἐπαγγελίας et κατὰ τὴν τοῦ θεοῦ βούλησιν fiebant, v. Bullet. de corr. hell. XII p. 98 sqq.

[3] cf. Alfr. Eberhard Observatt. Polyb. p. 8 sq. et M. A. Kreling de usu poeticorum et dialect. voc. apud scriptores Graecos seriores I Traiecti ad Rh. 1886 p. IX sq.

vel Plato Xenophoque sibi constituerunt longe egressus, magno vocabulorum numero ex poetarum consuetudine adsumpto scriptor orationem suam distinguere voluit et illustrare. Sed ne in re aperta longus sim[1], non nisi certissima adferam exempla: πολύδακρος et πολύθρηνος (hoc eodem sensu est in IV Maccab. p. 298, 28 Bk.); κουρίδιος ἀνήρ (cf. Parthen. p. 15, 6 et 28, 28 Hercher); πλάζεσθαι [c. 1] (cf. Veitchi indic. verborum anomal. gr. p. 543); ἀκύμαντος [c. 2]; λαῖλαψ [c. 4] (cf. Kreling l. c. p. 68); ἐκ γενετῆς (cf. Kreling l. c. p. 15 et Schmid l. c. II p. 192)[2]; πολυμήχανος [c. 5] (cf. Pollux. VII 189); ἀμέτρητος [c. 6] (cf. Kreling l. c. p. 5, add. Chrysipp. apud Galen. de plac. Hipp. et Plat. p. 392, 13 Mueller); ἀθάνατοι [c. 8] (i. q. θεοί)[3].

Quae cum ita sint, quisquis fuit qui Alcyonem conscripsit, eum non ante Alexandri tempora fuisse iam satis apparet. Neque vero desunt rursus alia, quibus eum Atticae consuetudinis propriam laudem quaesivisse demonstretur. Huc in primis valent ἄττα [c. 7] quo de v. Schmid l. c. I p. 111 et II p. 88; pronomen τις septiens adiectivis et pronominibus additum ut ξένη τις et πηλίκον δέ τι [c. 2] (cf. ibidem I p. 136 et II p. 157); περὶ praepositio, quae sexiens legitur, bis post genetivum suum collocata[4]: ἀλκυόνων πέρι et τῶν σῶν ὕμνων πέρι [c. 8]; postremo παντὸς μᾶλλον bis [c. 2] usurpatum. Quorum ut ultimum 'Platonis aemulatio peperit'[5], ita omnino Platonis sermo-

---

[1] Mitto flores et colores quales sunt τὰς ἀλκυόνων . . . ἡμέρας ὁ κόσμος ἄγει [c. 2], νεογιλὸς ὁ τοῦ βίου χρόνος [c. 3], κλέος μύθων, ὄρνι θνήνων μελῳδέ [c. 8], al.; moneo autem articulum saepe ad modum poeticae consuetudinis omissum esse.

[2] add. Plut. e. g. de Alex. fort. 1, 1; Galen. de plac. Hipp. et Plat. p. 567 et de libris suis p. 97 Mueller; Athen. IV 160 d; Iustin. apol. I 22 et dial. c. Tryph. 69; Hippolyt. p. 57, 2 Lag.; Clem. Alex. protr. 1, 7 p. 7 P., al.

[3] Tria liceat praeterea adnotare. Singularis est [c. 7] significatio vocis ἄναυλος 'qui tibiis uti nescit' v. Hemsterhusii adn. Activam vim voci ἀόρατος [c. 3] etiam Polybius tribuit, cf. Kaelker l. c. p. 295. C. 2 ex Budaei coniectura legendum videtur γαληνιῶν ἅπαν τὸ πέλαγος, nam γαλήνιος non invenitur ante Ioannem Gazaeum.

[4] Ad Herodoti [2, 21 et 4, 8] modum positum est c. 1 γῆν πέρι πᾶσαν, sicut ab Arriano anab. V 26, 1.

[5] Haec Fritzsche Quaestt. Lucian. p. 83. Non raro legitur παντὸς

nem ad imitandum sibi proposuisse scriptorem, veri simile videbitur accuratius perpendenti cum cetera quae modo commemoravi tum maxime anastropham praepositionis. Etenim ex veteribus prosae orationis scriptoribus soli Herodotus et Thucydides et praecipue Plato saepius πέρι post genetivum posuere [1]. Quem usum ea qua ipse fuit aetate obsolevisse diserte testatur Aristoteles de arte poet. p. 1458b 31 sqq. Itaque et apud ipsum Theophrastumque discipulum invenitur rarissime, et nisi quid me fugit prorsus deest apud scriptores aetate inferiores, quorum quidem aut integra opera aut operum fragmenta diem tulere [2]. Primum rursus instaurati usus exemplum videtur esse in Asclepiodoti Posidonii discipuli arte tactica [c. 3 ἁρμάτων τε πέρι]. Neque vero postea, quantum equidem observavi, eum amplexi sunt, nisi qui aliquo modo Platonis sermoni imitando [3] operam dederunt, ut Philo Iudaeus Dio Chrysostomus Lucianus Numenius Maximus Tyrius Clemens Alexandrinus Plotinus Philostratus Themistius Iulianus [4].

De sermone dictum est, de argumento dicendum est. Iure enim in his quaestionibus non minus errare existimantur qui sermonis solius, quam qui eius nullam habeant rationem.

Socrates igitur Chaerephoque ambulandi causa in Phalericum [5] descendentes — ubi propter loci solitudinem meditari et ad fluctum aiunt declamare solitum Demosthenem — audita

---

μᾶλλον apud scriptores qui Platonem imitantur, e. g. v. Alb. Iahn Method. platoniz. adn. 403.

[1] cf. Kruegeri G. G. § 68, 4, Schmid l. c. I p. 247 et II p. 64.

[2] cf. Eucken de praepos. usu Arist. p. 62, Krebs in Schanzi symb. gr. I p. 99.

[3] Excipiendus Arrianus qui Herodotum videtur secutus esse. Ex infimae graecitatis scriptoribus unum nomino Zachariam Mytilenensem, quem et aliis de causis et propter nimium anastrophae usum Platonis simiam iure dixeris.

[4] Denique ne quid praeteream, quod non est praetermittendum, solet scriptor coniungere potius paris iuris enuntiata quam alterum alteri subiungere neque raro *saltat incidens particulas* velut c. 2.

[5] c. 8 προάγειν ἤδη πρὸς ἄστυ καιρὸς ἐκ τοῦ Φαληρικοῦ, cf. Ulrichs *Reisen und Forsch.* II p. 165, 20.

alcedinis voce ex littore atque ex promunturio paullum remotiore[1] sermonem instituunt, quo confecto urbem versus proficiscuntur.

Quae cum omnia optime conveniant et cum locorum situ, qualis hodie perhibetur, et cum veterum de iis testimoniis, aut Athenis compositum esse hunc dialogum aut eius scriptorem aliquando apud civitatem omnium bonarum artium quasi nutricem commoratum esse admodum probabilis est suspicio.

Disputationis illius, quam Socrates et Chaerepho inducuntur habentes, summa est in hisce alterius verbis [c. 2] πῶς ποτε χρὴ πεισθῆναι... ὡς ἐξ ὀρνίθων γυναῖκές ποτ' ἐγένοντ' ἢ ὄρνιθες ἐκ γυναικῶν; παντὸς γὰρ μᾶλλον ἀδύνατον φαίνεται πᾶν τὸ τοιοῦτον. Ad quae Socrates alioquin talium non curiosus respondet:

Ea quae fieri possunt et ea quae fieri non possunt, non nostris facultatibus metienda sed naturae vires cogitandae sunt. Quae cum caelum tonitribus fulguribus procellis agitatum et turbatum brevi reddiderit sedatum et serenum, quid obstat quominus mulierem in avis formam redigere eam posse credamus? Vel pueri eodem luto eademque cera facile multas et varias effingunt figuras, quid igitur est quare idem haec nequeat? Nam sicut vir puerum longe superat et corporis et ingenii viribus, ita multo magis natura viris praestare putanda est. An vero homines litterarum nescii tibicinumque artis rudes mulierem in avem prius mutarent quam legerent vel tibiis canerent: natura, quae ex vermiculis informibus apium examina et ex ovis innumeras edit animalium species, hac facultate careret? Itaque cum de huius modi rebus fierine possint necne, qua sumus mentis imbecillitate, certi quicquam scire non possimus, fabulis istis, quas a patribus accepimus, praesertim si ad vitam humanam emendandam valent, fidem derogare non fas est.

Huius argumentationis antequam conabor quasi telam re-

---

[1] Intellegenda est haud dubie ἄκρα Κωλιάς. Quam cum Ulrichs [l. c. p. 182] longe a Phalerico remotam fuisse existimasset, nuper Milchhoefer [*Erl. Text zu den Karten von Attika hg. von Curtius u. Kaupert* II p. 2], ubi nunc Trispyrgi appellantur, olim ita vocatam esse idoneis argumentis probavit. Quae opinio quatenus hoc dialogo confirmetur liquet.

texere, ea ex quibus ipsa scriptoris ratio et studia cognosci possunt, collecta sub uno ponam adspectu.

Socrates in tota disputatione vocibus naturae mundi dei ita utitur, ut — si rem spectes non verba — omne eorum discrimen tollere videatur. C. 3 dicit τὰς τῶν θεῶν καὶ δαιμονίων δυνάμεις ἢ τὰς τῆς ὅλης φύσεως; c. 4 τῷ δαιμονίῳ δὲ μεγάλην... ὑπεροχὴν ἔχοντι πρὸς τὰς ἡμετέρας δυνάμεις; c. 6 ὅσην ἔχει τὸ μέγεθος τοῦ κόσμου τὴν ὑπεροχὴν πρὸς τὸ Σωκράτους... εἶδος; c. 7 ἡ δὲ φύσις... πολλὰ γένη πλάττει κτέ.[1] Porro quae c. 6 leguntur πιθανὸν οὖν ἴσως δόξει πολλοῖς, ὅσην ἔχει τὸ μέγεθος τοῦ κόσμου τὴν ὑπεροχὴν πρὸς τὸ Σωκράτους ἢ Χαιρεφῶντος εἶδος, τηλικοῦτον καὶ τὴν δύναμιν αὐτοῦ καὶ τὴν φρόνησιν καὶ διάνοιαν ἀνὰ λόγον διαφέρειν τῆς περὶ ἡμᾶς διαθέσεως, in iis satis aperte mundo et φρόνησις et νοῦς tribuitur[2]. Si cui etiam nunc resident scrupuli quorsum haec pertineant dubitanti, hisce opinor evelluntur verbis [c. 7] ἡ δὲ φύσις... πολλὰ γένη πλάττει... ζῴων τέχναις, ὡς λόγος τινῶν, ἱεραῖς αἰθέρος μεγάλου προςχρωμένη. Artificiosus enim hic aether, cuius opera ex vermibus apes et ex ovis omne genus animantium et volatile et terrestre et aquatile effinguntur et generantur, nonne est artificiosus ille Stoicorum ardor, quem πῦρ τεχνικόν vocabant? Nonne est *calidum illud atque igneum ita in omni fusum natura, ut in eo insit procreandi vis et causa gignendi, a quo et animantia omnia et ea quorum stirpes terra continentur, et nasci sit necesse et augescere?*[3] Quod ipsum nec diversum est ab aethere neque a natura

---

[1] cf. Zeller de philos. Graec. III 1 p. 138 sqq. et 146 sq.

[2] Philo personatus de mundi incorr. p. 255, 11 Bernays φυσιολογεῖται [a Chrysippo] ὁ κόσμος καὶ φύσις λογικὴ οὐ μόνον ἔμψυχος ὢν ἀλλὰ καὶ νοερὸς πρὸς δὲ καὶ φρόνιμος. Teste Philodemo de piet. p. 82 Gomperz Chrysippus dixit τὸν κόσμον ζῷον εἶναι καὶ λογικὸν καὶ φρονοῦν καὶ θεόν. Plura v. apud Zeller. l. c. Cum Socratis ratiocinatione iuvabit comparare argumenta, quibus Cleanthes [Sex. Emp. IX 88 sqq.] et Chrysippus [Cic. de nat. deor. II 16 — cf. etiam II 30 et 36] esse deum probabant.

[3] Cic. de nat. deor. II 10, 28. Plura desideranti suppeditabunt et Krische theologum. p. 379 sqq. et Zeller l. c. p. 133 sqq. 149 al. et Stein *Psychol. der Stoa* p. 32 adn. 39.

efficiente sive deo. Itaque cum dicit scriptor ὡς λόγος τινῶν, tantum non digitum intendit ad Stoicos philosophos. Nam cur non propria eorum usurpet vocabula, causa est in propatulo: licetne Socrati luce palam Zenonis vel Cleanthis induere personam?

Panditur via, tutius iam licet signa proferre. Quem ad modum fere solent portentorum et miraculorum patroni, tribus rationibus ille causam suam defendit: ut moneat ne nostra aestimatione fierine aliquid possit necne diiudicemus οἷον ἄτεχνοι τεχνιτῶν διάνοιαν ἀπὸ δόξης καὶ ὑπονοίας μετιόντες [1], ut neget esse quod deus efficere non possit, ut adiungat similitudines [2].

De primo quod totum versatur in humana infirmitate praedicanda, nisi volgaria prorsus et trita non proponuntur. Illud quoque ἐπεί τοι μικρὸς πάνυ καὶ νεογιλὸς ὁ τοῦ βίου χρόνος πρὸς τὸν πάντ' αἰῶνα [c. 3] certatim decantatum esse a philosophis et oratoribus [3] testes sunt Hipparchus Pyth. in Stobaei flor. 108, 81 ὡς πρὸς τὸν ξύμπαντα αἰῶνα ἐξετάζοντι βραχύτατον ἔχοντες οἱ ἄνθρωποι τὸν τᾶς ζωᾶς χρόνον, Cicero Tusc. I 39, 94, Philo de Iosepho p. 45 M, Seneca ut ad Marc. de cons. 21 et ep. 99, 10 et 31, Plinius nat. hist. VII 167: *Incertum ac fragile est hoc munus naturae, quicquid datur nobis, malignum vero et breve etiam in his quibus largissime contigit, universum utique aevi tempus intuentibus,* Plut. cons. ad Apoll. p. 111 c et 117 e et de sera num. vind. p. 554 d, Aristides or. XI p. 79 Iebb, M. Antoninus V 24 [4].

---

[1] v. Plut. de sera num. vind. p. 549 f cum adn. Wyttenbachii p. 23.

[2] Facile id quidem esset neque tamen necessarium de his omnibus ex patribus ecclesiae et fidei defensoribus, in quibus non ingenii scintilla Leibnitzii latet, acervos exemplorum congerere. Quae scitu digna videntur, suo loco adscribam. Interim cf. Fr. Nitzsch *Augustinus' Lehre vom Wunder* p. 49 sqq.

[3] Conferri possunt ὁ τοῦ βίου χρόνος στιγμή: Gataker ad M. Anton. II 17, Wyttenbach ad Plut. p. 13 e, et σπιθαμή: Gataker miscell. p. 715, δάκτυλος ἁμέρα: Iacobs ad Anthol. I p. 213, πομφόλυξ ὁ ἄνθρωπος: Krabinger et Iahn ad Gregor. Nyss. de an. p. 178. Ineptus profecto essem, si eorum, quicumque vitae brevitatem aut conqueruntur aut consolantur, locos colligerem.

[4] Dubitari possit an cum puerum et virum et deum (sive naturam)

Alterum erat *in facili est omnia posse deo*: arx omnium qui naturae legi obrogant, rationis naufragium. At nonne clamat Galenus [1] τοῦτ' ἔστι, καθ' ὃ τῆς Μωσέως δόξης ἥ θ' ἡμετέρα καὶ Πλάτωνος καὶ ἡ τῶν ἄλλων τῶν παρ' Ἕλλησιν ὀρθῶς μεταχειρισαμένων τοὺς περὶ φύσεως λόγους διαφέρει· τῷ μὲν γὰρ ἀρκεῖ τὸ βουληθῆναι τὸν θεὸν κοσμῆσαι τὴν ὕλην, ἣ δ' εὐθὺς κεκόσμηται, πάντα γὰρ εἶναι τῷ θεῷ δυνατὰ νομίζει, κἂν εἰ τὴν τέφραν ἵππον ἢ βοῦν ἐθέλοι ποιεῖν· ἡμεῖς δ' οὐχ οὕτω γινώσκομεν? Volgus autem graecum, quod manus ad caelum elevabat, sacra faciebat, vota nuncupabat, oracula petebat, quin crediderit deorum numini omnia parere, piaculum meretur qui dubitat [2]. Neque vero hoc diffitetur Galenus. Sed ne inter philosophos quidem — id quod tam praefracte negat ille — defuerunt, quos, cum opinionibus vulgi tantum darent ut eas ratione munirent, vellent nollent sicut ad aram confugere interdum oporteret ad omnium rerum praepotentes deos. Quo in numero, ut nihil dicam de Porphyriis et Iamblichis, fuere Stoici divinationis vindices acerrimi. Audi Cottam eos compellantem: *vos enim ipsi dicere soletis nihil esse quod deus efficere non possit et quidem sine labore ullo; ut enim hominum membra nulla contentione mente ipsa ac voluntate moveantur, sic numine deorum omnia fingi moveri mutarique posse. Neque id dicitis superstitiose atque aniliter, sed physica constantique ratione. Materiam enim rerum, ex qua et in qua omnia sint, totam esse flexibilem et commutabilem, ut nihil sit quod non ex ea quamvis subito*

---

inter se comparat scriptor et proportione coniungit, memor sit Heraclitei illius ἀνὴρ νήπιος ἤκουσε πρὸς δαίμονος ὅκωςπερ παῖς πρὸς ἀνδρός, ut Origenes de orat. 5 ἀπολειπόμεθα δὲ οἱ ἄνθρωποι πλεῖον ⟨τοῦ νοῦ ins. Bentley⟩ τοῦ θεοῦ, ἤπερ τὰ κομιδῇ παιδία τοῦ νοῦ τῶν γεγεννηκότων (Ps. Aristot. de mundo 6 p. 398 b 1). Vide etiam supra p. 16 adn. 2.

[1] de usu partium XI 14 vol. III p. 905 K., cf. Bernays *Ueber die unter Philons Werken stehende Schrift über die Unzerstörbarkeit des Weltalls* p. 16 (Mueller ad Philon. de opificio mundi p. 210), Celsus apud Origenem V 14.

[2] V. e. g. Ps. Iustin. de resurrect. p. 590 d cum adn. Otto., Clem. Alex. strom. V 14 p. 708 P, G. W. Nitzsch *die Heldensage der Griechen* in Studd. philol. Kilon. p. 418 sqq.

fingi convertique possit; eius autem universae fictricem et moderatricem divinam esse providentiam; hanc igitur, quocumque se moveat, efficere posse quicquid velit [1]. Talia probanti putasne quicquam negotii fore vel transformationum fabulas defendere?

Rationibus et causis deficientibus concurritur ad similitudines, quibus referti esse solent libri philosophorum eis *quae naturae modum excedunt* auctoritatem et fidem adferre conantium. Idem hunc fecisse scriptorem videmus. Atque ultro ei se obtulisse putabimus quam c. 7 proponit similitudinem

nonne vides, quos cera tegit sexangula fetus
melliferarum apium, sine membris corpora nasci
et serosque pedes serasque assumere pennas?
et genus omne avium mediis e partibus ovi,
ni sciret fieri, quis nasci posse putaret? [2]

Quae paullo ante dicuntur de hominibus legendi scribendique imperitis nescio an minus miraturus sis, si in comparationem vocaveris Polyb. X 47, 7 sqq. εἴ τις παραστησάμενος ἄνθρωπον ἄπειρον μὲν καὶ ἀσυνήθη γραμματικῆς, τἄλλα δ' ἀγχίνουν, κἄπειτα παιδάριον ἕξιν ἔχον παραστήσας καὶ δοὺς βυβλίον κελεύοι λέγειν τὰ γεγραμμένα, δῆλον ὡς οὐκ ἂν δύναιτο πιστεῦσαι

---

[1] Cic. de nat. deor. III 39, 92, cf. de div. II 15, 35 et 41, 86 *Nihil est, inquiunt, quod deus efficere non possit. Utinam sapientes Stoicos effecisset, ne omnia cum superstitiosa sollicitudine et miseria crederent.* Philodemus περὶ θεῶν διαγωγῆς ea parte quae incipit p. 147 Scott Ζητηθέντο(ς δὲ) παρὰ τ(ῶ)ν (κομψο)τέρων εἰ τῶν κ(ακῶς) ἐχό(ντων αἴτιοι) οἱ θεοί, de Stoicis dicit p. 156 τὴν δύναμιν ... καὶ τοῦ πάντ(ας) ποιῆσαι σοφοὺς καὶ μηδὲν κακόν, et p. 157 καὶ κατὰ τὴν (τοῦ θ)εοῦ (δια)φορά(ν ἰ)διωτικῶς (ἅπαν)τος αὐτῷ δύναμιν ἀναθέντες, (ὅ)ταν ὑπὸ τῶν ἐλέγχων πιέζωνται, τότε καταφεύγουσιν ἐπὶ τὸ διὰ τοῦτο φάσκειν τὰ συναπτόμενα μὴ ποιεῖν, ὅτι οὐ πάντα δύναται.

[2] Ovid. met. XV 382 sqq. 387 sq. Cyrillus Hierosol. catech. XVIII 8 [p. 289 a Touttée] de Phoenice ave resurrectionis imagine disserens μὴ ἀπιστήσῃς δὲ τούτῳ, καὶ γὰρ τὰ μελισσῶν γεννήματα οὕτω βλέπεις ἐκ τῶν σκωλήκων μορφούμενα καὶ ἐξ ᾠῶν ὑγροτάτων ἐθεώρησας ὀρνέων πτερὰ καὶ ὀστέα καὶ νεῦρα ἐξερχόμενα. Hugo Grotius de veritate religionis Christianae l. II sect. 10, qua solvitur 'obiectio inde sumpta, quod dissoluta corpora restitui nequeant', ex Plinio multa de animalium generatione testimonia collegit.

διότι δεῖ πρῶτον ἐπὶ τὰς ὄψεις τὰς ἑνὸς ἑκάστου τῶν γραμμάτων ἐπιστῆσαι τὸν ἀναγινώσκοντα, δεύτερον ἐπὶ τὰς δυνάμεις, τρίτον ἐπὶ τὰς πρὸς ἄλληλα συμπλοκάς, ὧν ἕκαστον ποσοῦ χρόνου τινὸς δεῖται. διόπερ ὅταν ἀνεπιστάτως θεωρῇ τὸ παιδάριον ὑπὸ τὴν ἀναπνοὴν ἑπτὰ καὶ πέντε στίχους συνεῖρον, οὐκ ἂν εὐχερῶς δύναιτο πιστεῦσαι διότι πρότερον οὗτος οὐκ ἀνέγνωκε τὸ βυβλίον· εἰ δὲ καὶ τὴν ὑπόκρισιν καὶ τὰς διαιρέσεις, ἔτι δὲ δασύτητας καὶ ψιλότητας δύναιτο συσσῴζειν, οὐδὲ τελέως.

Sed pleniorem desiderant disputationem haec [c. 4]: καὶ τὰ παιδάρια παρ' ἡμῖν τὰ πλάττειν ἐπιστάμενα, πηλὸν ἢ κηρὸν ὅταν λάβῃ, ῥᾳδίως ἐκ τοῦ αὐτοῦ πολλάκις ὄγκου μετασχηματίζει πολλὰς ἰδεῶν φύσεις, τῷ δαιμονίῳ δὲ μεγάλην καὶ οὐδὲ συμβλητὴν ὑπεροχὴν ἔχοντι πρὸς τὰς ἡμετέρας δυνάμεις εὐχερῆ τυχὸν ἴσως ἅπαντα τὰ τοιαῦτα καὶ λίαν [1]. Stoicos enim similem ad rem similem adhibuisse collationem potest demonstrari. Quid multa? Disertissime et planissime dicit Tertullianus apolog. 47 *Platonici quidem curantem rerum [deum adseverant], contra Epicurei otiosum et inexercitum et ut ita dixerim neminem humanis rebus, positum vero extra mundum Stoici, qui figuli modo extrinsecus torqueat molem hanc, intra mundum Platonici, qui gubernatoris exemplo intra id maneat quod regat* [2]. Atqui aut haec stare non possunt aut nec Platonici nec Stoici ipsi quae dicunt sciunt. Itaque, quamquam ne sic quidem difficilem fore electionem confido, peropportune tamen accidit, ut quo erroris convincatur apologeta, praesto sit testimonium Salviani. Neque enim dubium esse po-

---

[1] De hoc lusu cum alii narrant [Bluemner *Gewerbe und Künste bei Griechen und Römern* II p. 1] tum evangel. infantiae Arab. 36 *Cum vero dominus Iesus septem aetatis suae annos complevisset, die quodam cum pueris aequalibus ... versabatur. Ludebant autem in luto, unde simulacra asinorum boum avium aliorumque animalium fingebant*, cf. c. 46 evang. Thomae A 2, B 3, Pseudo-Matth. 27.

[2] cf. ad nation. II 2 *positum vero extra mundum Stoici, intra mundum Platonici.* Levi bracchio egit, qui haec ex Varronis rerum divinarum antiquitatibus desumpta esse statuit Schmekel de Ovidiana Pythagoreae doctrinae adumbratione [Gryph. 1885] p. 44 sqq.

test, quin hic eiusdem generis secutus sit auctorem, cum paene ad verbum cum illo conveniens scriberet de gub. dei I 1 *Plato et omnes Platonicorum scholae moderatorem rerum omnium confitentur deum, Stoici eum gubernatoris vice intra id quod regat semper manere testantur.* Vides quid factum sit. Tertullianus iuris quam philosophiae peritior atque ut fit cupiditate cum *nationibus* digladiandi occaecatus Stoicorum et Platonicorum inter se permutavit placita [1]. Stoicis igitur reddendus deus gubernator totiens ab iis decantatus [2], deus extra mundum positus Platonicis [3]. Qua enim aptius quam figuli imagine rotam molemque torquentis putas depingi potuisse τὸ πρῶτον κινοῦν, deum Aristotelis? [4] Quam ob rem hoc quidem quod videbatur testimonio seposito et condito circumspicienda sunt alia.

Stoici legem esse dicunt naturae: *quicquid composuit resolvit, quicquid resolvit componit iterum* [5]. — *Quicquid est, non erit: nec peribit, sed resolvetur. Nobis solvi perire est. Proxima enim intuemur, ad ulteriora non prospicit mens hebes et quae se corpori*

---

[1] Unus quod sciam Zeller Tertulliano fidem habendam esse negat atque pernegat l. c. p. 137 adn. 1. Aliis ille viris doctis fucum fecit ut Bernaysio *Ges. Abhandl.* I p. 60 adn. 1 et Steinio *Psychol. d. Stoa* p. 34 adn. 42, de cuius ratione *extra* in *ultra* mutantis tacere praestat.

[2] Lucian. Iup. trag. 46 sq. Non nulla collegit P. Wendland *Archiv für Gesch. d. Philos.* I p. 206. — Hinc acceperunt scriptores ecclesiastici, velut Theophilus, cuius ad Autolycum libri I cc. 5 et 6 paene integra ex Stoici cuiusdam libro desumpta sunt. Possem copiosus esse, si huius imaginis memoriam componere vellem. Ceterum quomodo Platonici ea uti potuerint, docet Numenius apud Euseb. pr. ev. XI 18.

[3] cf. Theophil. ad Antol. II 4 εἰ δὲ θεὸς ἀγένητος καὶ ὕλη ἀγένητος... κατὰ τοὺς Πλατωνικούς... τί δὲ μέγα, εἰ ὁ θεὸς ἐξ ὑποκειμένης ὕλης ἐποίει τὸν κόσμον; καὶ γὰρ τεχνίτης ἄνθρωπος, ἐπὰν ὕλην λάβῃ ἀπό τινος, ἐξ αὐτῆς ὅσα βούλεται ποιεῖ κτέ. et Ps. Justin. de resurr. p. 591 e.

[4] Aristoteles hoc loco ut aliis multis adnumeratur Platonicis. Quae eguntur de part. anim. II 9 p. 654 b 29 ὥσπερ γὰρ οἱ πλάττοντες ἐκ πηλοῦ ζῷον ἢ τινος ἄλλης ὑγρᾶς συστάσεως ὑφιστᾶσι τῶν στερεῶν τι σωμάτων εἶθ' οὕτω περιπλάττουσι, τὸν αὐτὸν τρόπον ἡ φύσις δεδημιούργηκεν ἐκ τῶν σαρκῶν τὸ ζῷον, in his non tam natura cum figulo quam animalia cum operibus figlinis comparantur.

[5] Seneca ep. 30, 11 cf. Zeller l. c. p. 157.

addixit: alioquin fortius finem sui suorumque pateretur, si speraret ut omnia illa, sic vitam mortemque per vices ire et composita dissolvi, dissoluta componi; in hoc opere aeternam artem cuncta temperantis dei verti[1]. *Grande* igitur *solacium est cum universo rapi*[2]. *Nullum solacium maius est mortis quam ipsa mortalitas*[3]. Hoc solacio utitur Epictetus[4], hoc Maximus Tyrius[5], hoc — ut mittam alios — M. Antoninus[6] imagine ab arte fingendi adhibita: ἡ τῶν ὅλων φύσις ἐκ τῆς ὅλης οὐσίας ὡς κηροῦ νῦν μὲν ἱππάριον ἔπλασε· συγχέασα δὲ τοῦτο, εἰς δενδρύφιον[7] συνεχρήσατο τῇ ὕλῃ αὐτοῦ· εἶτα εἰς ἀνθρωπάριον· εἶτα εἰς ἄλλο τι· ἕκαστον δὲ τούτων πρὸς ὀλίγιστον ὑπέστη. δεινὸν δὲ οὐδὲν τὸ διαλυθῆναι τῷ κιβωτίῳ, ὥσπερ οὐδὲ τὸ συμπαγῆναι. Neque aliunde nisi ex medio porticu haec quoque repetita esse iam liquido apparet, quae Plutarchus exponit vel quisquis est qui, ut Apollonium consolaretur, argumentis testimoniis exemplis hinc inde collectis velut coronam nexuit[8]: τί γὰρ τὸ χαλεπόν ἐστι καὶ τὸ δυσανιῶν ἐν τῷ τεθνάναι; τὰ γὰρ τοῦ θανάτου μήποτε καὶ λίαν ἡμῖν ὄντα συνήθη καὶ συμφυᾶ πάλιν οὐκ οἶδ' ὅπως δυσαλγῆ δοκεῖ εἶναι. τί γὰρ θαυμαστὸν εἰ τὸ τμητὸν τέτμηται, εἰ τὸ τηκτὸν τέτηκται, εἰ τὸ καυστὸν κέκαυται, εἰ τὸ φθαρτὸν ἔφθαρται; πότε γὰρ ἐν ἡμῖν αὐτοῖς οὐκ ἔστιν ὁ θάνατος; καί, ᾗ φησιν Ἡράκλειτος, 'ταὐτῷ τ' ἔνι ζῶν καὶ τεθνηκὸς καὶ ἐγρηγορὸς καὶ καθεῦδον καὶ νέον καὶ γηραιόν· τάδε γὰρ μεταπεσόντα ἐκεῖνά ἐστι κἀκεῖνα πάλιν μεταπεσόντα ταῦτα'. ὡς γὰρ ἐκ τοῦ αὐτοῦ πηλοῦ δύναταί τις πλάττων ζῷα συγχεῖν καὶ πάλιν πλάττειν καὶ συγχεῖν καὶ τοῦτο ἓν παρ' ἓν ποιεῖν ἀδιαλείπτως, οὕτω καὶ ἡ φύσις ἐκ τῆς αὐτῆς ὕλης πάλαι μὲν τοὺς προγόνους ἡμῶν ἀνέσχεν, εἶτα συνεχεῖς αὐτοῖς ἐγέννησε τοὺς πατέρας, εἶτα

[1] Seneca ep. 71, 13 sq.
[2] idem de provid. 5, 8.
[3] idem nat. quaest. VI 2, 6.
[4] Ῥούφου ἐκ τῶν Ἐπικτήτου περὶ φιλίας Stob. flor. 108, 60.
[5] XLI 4.
[6] VII 23.
[7] codd. δένδρου φύσιν, em. Nauck.
[8] c. 10 p. 106 d sqq.

ἡμᾶς, εἶτ' ἄλλους ἐπ' ἄλλοις ἀνακυκλήσει. καὶ ὁ τῆς γενέσεως ποταμὸς οὕτως ἐνδελεχῶς ῥέων οὔποτε στήσεται, καὶ πάλιν ὁ ἐξ ἐναντίας αὐτῷ ὁ τῆς φθορᾶς εἴτε Ἀχέρων εἴτε Κωκυτὸς καλούμενος ὑπὸ τῶν ποιητῶν κτέ. Qui locus 'verbis dictionibus compositione a reliquo huius libelli stilo ita differt'[1], ut Plutarchus quin ad verbum paene auctorem suum secutus sit nequeat dubitari. At non solum sententia Heracliti commemoratur, sed tota quoque oratio videtur colore quodam Heracliteo imbuta esse. Sequitur igitur ut Stoico cuidam Heracliti vestigia prementi, qualem novimus Cleanthem[2], totus hic locus (p. 106 d — 107 a) sit vindicandus. Hunc vero ipsum figuli illam imaginem, quam eodem modo quo M. Antoninus adhibet ad sententiam suam illustrandam, ab Heraclito accepisse nescio qui possit demonstrari. Neque qui eam ad Ephesium referebant, tam caussis nitebantur quam sensu quodam ducebantur eoque incerto et fallaci[3]. Stoicos igitur, qui collationibus et similitudinibus certum videntur locum dedisse in tradendis disciplinae suae decretis, ne hanc quidem sprevisse constat[4].

---

[1] Wyttenbach ad. h. l., Bernays *Ges. Abh.* I p. 48. Cf. e. g. μήποτε illud p. 106 d et f.

[2] Hirzel *Unters. z. Ciceros phil. Schr.* II p. 114 sqq. Si quis Cleanthem ipsum Plutarchi esse auctorem coniciat, id quoque adferre possit, quod ille simili quodam atque hoc loco est dicendi genere usus esse videatur: Hirzel l. c. p. 181 adn. 1. Neque tamen obliviscendum est et alios et Sphaerum non solum de Heraclito sed etiam de morte scripsisse.

[3] Bernays l. c. I p. 46 sqq., quem fere secuti sunt quicumque de hoc loco disseruerunt ut Zeller l. c. I p. 582 sq., Schuster in Ritschelii actt. soc. Lips. III p. 173 sq. et 181 sq., Bywater ad Heracl. fr. 78, Pfleiderer de Heracl. philos. p. 81 sq. et 159. Quam debili in fundamento posita sit eius coniectura, ex iis quae exposui satis opinor intellegitur. Videndum autem est, ne de his quoque quae adiungit Plutarchi Stoicus ille, nimium dixerit. Valde enim dubito num Heracliteae quicquam doctrinae habeant: ἡ πρώτη αἰτία ἡ δείξασα ἡμῖν τὸ τοῦ ἡλίου φῶς [cf. Pollux III 9], ἡ αὐτὴ καὶ τὸν ζοφερὸν Ἅιδην ἄγει κτέ. De ratione et cogitatione quae in his perspicitur v. Grauer *Zeitschrift f. d. Alterthumswiss.* 1842 p. 19 sqq., O. Jahn *Archäol. Beiträge* p. 285 sq. et in actt. societ. litt. Saxon. VII (1855) p. 61 sq.

[4] cf. etiam Dio Chrys or. XXXVI p. 97 R., ipse quoque Stoicos secutus.

Quae cum ita sint, quid mirum si adversarii maximeque Academici eam arripiebant qua illos ipsa refellerent? *Stoici naturam in duas partes dividunt, unam quae efficiat, alteram quae se ad faciendum tractabilem praebeat: in illa prima esse vim sentiendi, in hac materiam, nec alterum sine altero ⟨quicquam⟩ posse. Quomodo potest idem esse quod tractat et quod tractatur? Si quis dicat idem esse figulum quod lutum aut lutum idem esse quod figulum, nonne aperte insanire videatur? At isti uno naturae nomine duas res diversissimas comprehendunt, deum et mundum, artificem et opus.* Quae ex eadem opinor officina petivit Lactantius [div. inst. VII 3] [1], ex qua haec se sumpsisse aperte confitetur [II 8, 10] *Cicero de natura deorum disputans sic ait: Primum igitur non est probabile eam materiam rerum, unde omnia orta sunt, esse divina providentia effectam, sed et habere et habuisse vim et naturam suam. Ut igitur faber, cum quid aedificaturus est, non ipse facit materiam, sed utitur ea, quae sit parata, fictorque item cera, sic isti providentiae divinae materiam praesto esse oportuit* [2].

---

[1] Certe in Cic. libri III de nat. deor. parte deperdita de his rebus disputavit Cotta, v. § 18.

[2] Non alienum esse arbitror, quae sit huius similitudinis apud scriptores ecclesiasticos memoria, paucis exponere. Athenagorae, qui ipse aliam in rem ea utitur suppl. pro Christ. c. 15, pugnandum fuit cum iis, qui eam ad resurrectionis fidem tollendam adhiberent de resurr. c. 9. Mox autem intellectum est imprimis idoneam esse eam ipsam ad illustrandum quo modo deus corpora dissoluta possit restituere. Accessit quod 'hominem in potestate dei esse sicut lutum in potestate figuli' in libris VT et NT inveniebant, ut Ierem. 18, 1; Sir. 33, 13; Pauli ep. ad Rom. 9, 19; [cf. sap. Sal. 15, 7]. Ex quo factum est, ut qui postea de resurrectione mortuorum vel disputabant vel orationes habebant, eo loco quo similia colligebant, dei quoque cum figulo collatione plerique uterentur. Velut Ps. Iustin. de resurr. p. 591 e, Theophil. ad Autol. II 26, Origenes homil. 18 in Ierem. c. 4, Methodius de resurr. c. 24 sq., Gregor. Nyss. de an. et resurr. p. 215 et in Christi res. or. III p. 427, Theodoret. or. IX de provid. p. 648, Nilus in Photii bibl. p. 514 Bk. Exempli causa Gregorii [in Christi res. or. III p. 427] verba adponam: συγχωρήσωμεν τῷ θεῷ δύνασθαι τοσοῦτον, ὅσον ὁ κεραμεὺς ἰσχύει· τί γὰρ οὗτος ποιεῖ, λογισώμεθα. πηλὸν λαβὼν ἄμορφον, εἰς σκεῦος ὁδοποιεῖ καὶ τοῦτο πρὸς τὴν ἀκτῖνα τὴν ἡλιακὴν προθέμενος ξηραίνει καὶ στερεὸν ἀπεργάζεται

Iam calculis subductis summam faciamus: Alcyonis igitur scriptor non solum cognitam habuit Stoicorum disciplinam, sed etiam adfinitate quadam cum iis videtur coniunctus esse. Ex quo efficitur dialogum non ante saeculum III esse conscriptum. Et quoniam Nicias Nicaeensis, homo Sullanae fere aetatis, esse qui de eius scriptore coniecturam fecissent[1], memoriae tradidit, eum saeculo II exeunte volgatum fuisse cognoscitur. Itaque utrum saeculo III an saeculo II ineunti Alcyonem attribuere malis, iudicium est tuum. Consideranti autem quanto honore et gratia illae de mutatis formis fabulae floruerint aevo Alexandrino, quantumque in iis investigandis et exornandis studium poetae collocaverint[2], et reputanti, quanta cupiditate incensi tunc et

... ἀλλ' ἐμπεσόντος τινὸς ἀτάκτως καὶ ἀνατρέψαντος συντρίβεται καταπεσὼν καὶ γίνεται ἀμόρφωτος γῆ. ὁ δὲ τεχνίτης βουληθεὶς ὀξέως ἐπανορθοῖ τὸ συμβὰν καὶ πάλιν πηλὸν σχηματίσας τῇ τέχνῃ, οὐδὲν χεῖρον τοῦ ποτ' ὄντος ἀπεργάζεται τὸ σκεῦος. καὶ ὁ μὲν κεραμεὺς οὗτος μικρὸν τῆς τοῦ θεοῦ δυνάμεως κτίσμα, ὁ δὲ θεὸς ἀπιστεῖται ὑπισχνούμενος ἀνακαινίζειν τὸν τεθνηκότα;

[1] Athen. XI p. 506 c ἃ δὲ περὶ Ἀλκιβιάδου εἴρηκεν [Plato] ἐν τῷ Συμποσίῳ οὐδ' εἰς φῶς λέγεσθαί ἐστιν ἄξιον, ἕν τε τῷ προτέρῳ τῶν εἰς αὐτὸν διαλόγων· ὁ γὰρ δεύτερος ὑπό τινων Ξενοφῶντος εἶναι λέγεται, ὡς καὶ ἡ Ἀλκυὼν Λέοντος τοῦ Ἀκαδημαικοῦ, ὥς φησι Νικίας ὁ Νικαεύς, cf. Laert. Diog. III 62 ἡ Ἀλκυὼν Λέοντός τινος εἶναι δοκεῖ, καθά φησι Φαβωρῖνος ἐν τῷ πέμπτῳ τῶν ἀπομνημονευμάτων. Ante Niciam fuisse qui Alcyonem Leonti tribuerent ex Athenaeo intellegitur. Qui nec prudentiores nec doctiores videntur fuisse quam qui Alcibiadem alterum Xenophontis esse coniecerunt. V. C. F. Hermann *Gesch. u. Syst. der platon. Philos.* p. 420. De Leonte cf. ibid. p. 418 et 584 adn. 176, C. L. Kayser ad Philostr. vit. soph. p. 162 sq., C. Mueller FHG II 328. Duos Alcyones in Platonis librorum indicibus arabicis commemorari narrantem Wenrichium de auct. gr. verss. etc. p. 120 [et Casirium bibl. arabico-hispana Escorial. I p. 302] refutat A. Mueller *die griech. Philos. in der arab. Ueberlieferung* p. 7.

[2] Hermesianax Theocritus Callimachus Apollonius Rhodius Euphorio Phanocles alii in carminibus suis transformationum fabulas narraverunt. Nicandri Ἑτεροιούμενα omnibus nota. De Boei Ὀρνιθογονίᾳ illis temporibus ficta v. O. Jahn *Arch. Beiträge* p. 420 et Knaack anall. Alexandrino-Rom. p. 2, de [Eumeli] Βουγονίᾳ Bergk mus. Rhen. I p. 365 sqq. Metamorphoseon scriptores enumerant Heinsius ad Ovid. met. I 1; Mell-

philosophi et grammatici nil non 'problema fecerint'[1], mirum ne videbitur quod huius aetatis homo fabulis istis fidem minime esse derogandam ausus est demonstrare? An miraberis eum ad Stoicos se adplicasse quasi patronos? Quos constat omnium maxime id egisse, ut quoad eius fieri posset, populares de rebus divinis opiniones confirmarent et contra irrisores defenderent,

---

mann de caussis et auct. narrat. de mut. formis p. 58 sqq. [cf. Meineke anall. Alex. p. 269 sq.]. Praeterea meminisse expedit, quam multi tunc θαυμασίων et παραδόξων scriptores extiterint. V. Westermanni Paradoxogr. praef. et quae exponit Marx *Griech. Märchen von dankb. Tieren* p. 133 sqq.

Ceyx et Alcyone cur in aves mutatae sint, duae narrantur causae. Altera legitur in schol. Arist. Av. 250 et schol. Iliad. XI 562 Κῆυξ ὁ Φωσφόρου τοῦ ἀστέρος γήμας Ἀλκυόνην τὴν Αἰόλου, μέγα φρονήσας ἐφ' ἑαυτῷ θεὸς ἐβούλετο νομίζεσθαι· διόπερ ἥ τε γαμετὴ διὰ παντὸς ἐκάλει Δία αὐτόν, κἀκεῖνος Ἥραν τὴν γυναῖκα. Ζεὺς δὲ ἀγανακτήσας μετέβαλεν αὐτοὺς εἰς ὄρνεα χωρὶς ἀλλήλων βιοῦντα κτέ., cf. etiam schol. Theocr. VII 53, Apollod. I 7, 4, Clem. Al. protr. 4, 54 p. 47 P. [v. C. Keil spec. onomatol. gr. p. 6 sqq.] Altera invenitur apud Ovid. met. XI 270 sqq., Serv. et Prob. in Verg. georg. I 399, Prob. in georg. III 338, mythogr. Vat. I 9, Hygin. fab. 65: *Ceyx Hesperi sive Luciferi et Philonidis filius cum in naufragio periit, Alcyone Aeoli et Aegiales filia uxor eius propter amorem ipsa se in mare praecipitavit. Qui deorum misericordia ambo in aves sunt mutati.* Hanc, cui similia sunt in hoc dialogo, recentiorem esse illa testimoniis id quidem non probatur, sed res ipsa videtur docere. At num re vera Ovidius Nicandrum secutus sit [cf. Schneider Nic. p. 68 et Rohde *griech. Roman* p. 125 adn.], num Nicander primus fabulam hoc modo narraverit aut quando orta sit: nihil horum omnium constat. Nobili quodam poetae Alexandrini carmine celebratam esse Ceycis et Alcyones fortunam inde quoque colligas, quod Cicero Halcyones poema composuit.

Ex vetustioribus Alcyonem fertur scripsisse Epicharmus [Athen. XIV 619b et Apoll. Dysc. de pron. p. 80 Bk.], Phormus socius eius Alcyones [Suid. i. v.]. Iahnio non Ἀλκυών sed Ἀλκυονεύς fuisse titulum comoediae Epicharmi conicienti aeque difficile est adsentiri atque dissentire. V. Welcker *Kl. Schriften* I p. 300, Iahn in act. soc. litt. Saxon. 1853 p. 135, Wilamowitz de Eurip. Herc. I p. 334 adn. 124.

[1] De illis v. Prantl *Abhandl. d. Bayer. Akad. d. Wiss.* VI p. 341 sqq., de his Lehrs Aristarch. [2] p. 199 sqq.

utique si pertinere viderentur ad hominum libidines refrenandas et coercendas[1].

---

[1] Zeller l. c. p. 309 sqq. cf. c. 8 κλέος δὲ μύθων οἷον παρέδοσαν πατέρες, τοιοῦτον καὶ παισὶν ἐμοῖς, ὦ ὄρνι θρήνων μελῳδέ, παραδώσω τῶν σῶν ὕμνων πέρι, καί σου τὸν εὐσεβῆ καὶ φίλανδρον ἔρωτα πολλάκις ὑμνήσω γυναιξὶ ταῖς ἐμαῖς Ξανθίππῃ τε καὶ Μυρτοῖ λέγων τά τ' ἄλλα, πρὸς δὲ καὶ τιμῆς οἵας ἔτυχες παρὰ θεῶν. Ceterum ne hoc quidem indignum illa aetate, quod duas habet Socrates uxores.

Ne ultima pagina typis careat, unam liceat mihi hoc loco observationem adiungere.

Dio Chrysostomus or. XVIII 'de dicendi exercitatione' disserens praecipit: καὶ γράφειν δὲ οὐ ταῦτά σε ἀξιῶ τὰ σχολικὰ πλάσματα, ἀλλ' εἴπερ ἄρα, τινὰ τῶν λόγων, οἷς ἂν ἡσθῇς ἐντυγχάνων, μάλιστα τῶν Ξενοφωντείων, ἢ ἀντιλέγοντα τοῖς εἰρημένοις ἢ τὰ αὐτὰ ἕτερον τρόπον ὑποβάλλοντα. Ne ipsum quidem Dionem id genus exercitationum sprevisse documento sunt cum alia tum or. XXVI περὶ τοῦ βουλεύεσθαι inscripta. Quae nihil est nisi paraphrasis dialogi Σίσυφος ἢ περὶ τοῦ βουλεύεσθαι. Res adeo est in promptu ut disputatione non egeat. Sufficiat cum Sisyph. p. 388 c contulisse ea, quae Emperius eumque secutus Dindorf delenda censuerunt. Quod quo iure fecerint simul apparebit.

Sisyph. p. 388 c:	Dio Chrys. or. XXVI p. 524 R:
Ἆρ' οὖν καὶ τοῦθ' οὕτω πως λέγεις, τὸ ζητεῖν ἀμφότερα τοὺς ἀνθρώπους, ἅ ἄν τε ἐπιστῶνται, καὶ ἃ ἂν μὴ ἐπιστῶνται ὅμοιον ὥσπερ εἴ τις Καλλίστρατον γιγνώσκοι μέν, ὅστις ὁ Καλλίστρατος, μὴ μέντοι ἐπίσταιτο ὅπου εἴη ἐξευρεῖν, οὐχ ὅστις εἴη ὁ Καλλίστρατος.	Ἆρα οὖν μὴ τοιόνδε τι ᾖ τὸ βουλεύεσθαι, ὥστε τινὰ μὲν εἰδέναι, τινὰ δὲ ἀγνοεῖν, καὶ τοῦτο ᾖ περὶ οὗ βουλεύονται ἄνθρωποι; ἵνα δὲ μᾶλλον τῷ λόγῳ παρακολουθήσωμεν, δι' εἰκόνος τινὸς ἐπιδείξομεν αὐτό. ὑποτιθέμεθα γὰρ εἰδέναι μὲν ἡμᾶς Χαρικλέα καὶ Χαρίξενον, ὅπου δὲ οἰκοῦσιν ἀγνοεῖν, στοχάζεσθαι δὲ περὶ τῆς οἰκίας αὐτοῖν.

VITA

Natus sum Augustus Franciscus Rudolfus Brinkmann Brunsvigae a. h. s. LXIII a. d. IV Kal. Sept. patre Guilelmo, matre Anna e gente Salle acerbo fato mihi erepta. Fidei addictus sum evangelicae. Per sex annos ludi litterarii, cui est nomen realgymnasium, per tres gymnasii Martino-Catharinei, C. Th. Gravenhorsti dein Alfredi Eberhardi sub auspiciis florentis, fui discipulus. Maturitatis testimonio instructus autumno anni 1882 Lipsiam, vere anni 1883 Heidelbergam me contuli. Eiusdem anni autumno in hanc almam Musarum sedem transmigravi. Docuerunt me viri clarissimi Biedermann, Heinze, Hirzel, Lipsius, Overbeck, Springer, Wundt Lipsienses; Brandt, de Duhn, C. Fischer, Wachsmuth Heidelbergenses; Buecheler, Ioers, Iusti, R. Kekulé, Lipps, Maurenbrecher, Menzel, I. B. Meyer, Nissen, Schwartz, Vsener Bonnenses. Buecheleri, Luebberti, Vseneri egregia erga me benevolentia factum est, ut in seminarium philologorum Bonnensium reciperer, cuius per duos annos fui sodalis ordinarius. Exercitationibus suis ut interessem benigne concesserunt philologis et epigraphicis per quinquiens sex menses Buecheler, archaeologicis Kekulé per idem temporis spatium, per ter sex menses philologis Schwartz, Menzel palaeographicis. Quibus viris omnibus gratias ago quam maximas, in primis vero Buecheleri, Kekuléi, Luebberti, Nisseni, Vseneri memoriam grato semper animo colam.